

Alfredo Pedro Encuentra Ortega

MERCVRIVS ET EIVS FAMILIA DIVINA



PRIMEROS PASOS
EN LATÍN

PRENSAS DE LA UNIVERSIDAD DE ZARAGOZA

Alfredo Pedro Encuentra Ortega

MERCVRIVS ET EIVS FAMILIA DIVINA

PRIMEROS PASOS EN LATÍN



PRENSAS DE LA UNIVERSIDAD DE ZARAGOZA

Cualquier forma de reproducción, distribución, comunicación pública o transformación de esta obra solo puede ser realizada con la autorización de sus titulares, salvo excepción prevista por la ley. Diríjase a CEDRO (Centro Español de Derechos Reprográficos, www.cedro.org) si necesita fotocopiar o escanear algún fragmento de esta obra.

© Alfredo Pedro Encuentra Ortega

© De la presente edición, Prensas de la Universidad de Zaragoza
(Vicerrectorado de Cultura y Proyección Social)

1.ª edición, 2025

Prensas de la Universidad de Zaragoza. Edificio de Ciencias Geológicas,
c/ Pedro Cerbuna, 12 50009 Zaragoza, España. Tel.: 976 761 330
puz@unizar.es • <http://puz.unizar.es>

ISBN 979-13-87705-18-3

Impreso en España

Imprime: Servicio de Publicaciones. Universidad de Zaragoza

Depósito legal: Z 517-2025

EGO SVM MERCVRIVS



Nomen mihi Mercurio est. Apud Graecos Hermes sum. Quis es tu? Ego deus sum. Nam Iuppiter pater est et Maia mater. Iuppiter et dea Maia parentes mihi sunt. Parentes dei immortales sunt. Nos, dei et deae, semper iuvenes et laeti sumus. Sed uos, homines, mortales estis. Ego caducaeum manu sinistra teneo. Pedes quoque alas habent. Nuntius enim sum. De caelo descendo et multas terras peragro. Ego quoque animas in Tartarum ducō. Ibi habitat Pluto, patruus meus. Hic est frater patri meo. Pluto solus ibi, in Tartaro, sub terra habitat. Nam dei et deae caelestes in Olympo et in caelo habitant. Vbi tu habitas? Quid est nomen tibi?

Ecce familia mea. Hi sunt dei deaeque Graecorum Romanorumque

1. Responde ad has quaestiones:

- Quis est Mercurius?
- Quis est pater Mercurio?
- Quis est mater Mercurio?
- Quid tenet Mercurius manu sinistra?
- Quid habent pedes Mercurii?
- Quid ducit Mercurius in Tartarum?
- Ubi habitant dei et deae caelestes?
- Ubi habitat Pluto?
- Ubi est Tartarus?

Nota casum et declinationem

Casus nominatiuus: *Ego sum Mercurius*

Casus uocatiuus: *Mercuri, duc animas in Tartarum*

Casus accusatiuus: *Dei et deae Mercurium me uocant*

Casus genetiuus: *Pedes Mercurii alas habent*

Casus datiuus: *Iuppiter caducaeum Mercurio dat*


Casus ablatiuus: *Ulixes a Mercurio natus est*

2. Hoc est abecedarium Latinum. Hae sunt litterae Romanae.

Romani litteras ita pronuntiabant (ā = a longa / ā = a breuis)

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Ā bē kē dē ē ef guē hā ī kā el em en ō pē qū er ēs tē u ix ū dsēta

I. Reges Olympi



HIC EST IVPPITER

Iuppiter nomen Latinum est. Nomen Graecum Zeus est. Iuppiter magnus deus et rex est. Hic multos filios et multas filias habet. Nam Iuppiter multas feminas et deas amavit. Iuppiter sceptrum dextra manu tenet; fulmen quoque sinistra manu tenet. Iuppiter homines audit et uidet. Iuppiter habitat in monte Olympo cum deis deabusque. Iuppiter nubes glomerat et pluuiam dat. Hic saepe et tonitrum et fulmen de caelo mittit et impios homines castigat. Iuppiter aquilas amat. Aquila est aus Iouis.

Nota declinationem:

Iuppiter: casus nominatiuus	quis?	Iuppiter deus est
Iuppiter: casus uocatiuus		O Iuppiter, audi nos homines!
Iouem: casus accusatiuus	quem?	Romani Iouem colunt
Iouis: casus genetiuus	cuius?	Romani fulmen Iouis timent
Ioui: casus datiuus	cui?	Romani sacrificium Ioui faciunt
Ioue: casus ablatiuus	quo?	Ego, Mercurius, a Ioue natus sum

1. Responde ad has quaestiones:

- Quis est Iuppiter?
- Quid glomerat Iuppiter?
- Quid mittit Iuppiter de caelo?
- Quid dat Iuppiter?
- Quid est nomen Graecum Ioui?



HAEC EST IVNO

Huic nomen Graecum Hera est. Iuno magna dea et regina est. Haec sceptrum tenet et coronam auream gestat. Iuppiter et Iuno coniuges sunt. Iuno et soror et uxor Iouis est. Haec mater mihi non est, sed nouerca. Nam dea Maia mater mihi est. Matronae Romanae Iunonem colunt et sacra Iunoni faciunt. Iuno dat nomen mensi Iunio. Romani Mensem Iunium a Iunone dicunt. Iuno pauones amat. Pauo est auis Iunonis.

Nota declinationem:

Quis est?	nom.	Haec dea est Iuno
Quem deam uides?	acc.	Video deam Iunonem
Cuius est haec corona?	gen.	Haec corona Iunonis est
Cui matronae sacra faciunt?	dat.	Matronae sacra Iunoni faciunt
A qua dea Romani mensem Iunium uocant?	abl.	A Iunone dea Romani mensem Iunium uocant.

2. Responde ad has quaestiones

- Quid gestat Iuno capite?
- Quis est Iuno?
- Quem colunt matronae Romanae?
- Quid est nomen Graecum Iunoni?
- Estne Iuno mortalis?
- Estne Iuno filia Iouis?
- Qui colunt Iunonem?
- Dat Iuno nomen mensi Aprili?

Grammatica

1. Verbum *sum* / *esse*

Personae / Tempus		praesens	imperfectum
<i>sing.</i>	1	s-u-m	ēr-a-m
	2	ēs	ēr-ā -s
	3	es-t	ēr-a- t
<i>plur.</i>	1	s-ū-mus	ēr-ā-mus
	2	es-tis	ēr-ā-tis
	3	s-ū-nt	ēr-a-nt
infinitivum: esse			

2. Nota concordantiam:

Iuppiter (masc. sg.) magnus deus et rex immortalis est / Dei (masc. pl.) magni et immortales sunt

Iuno (fem. sg.) magna dea et regina est / Matronae (fem. pl.) Romanae Iunonem colunt

Iuppiter multos filios (acc. pl. masc.) et multas filias (acc. pl. fem.) habet

3. Verba et coniugationes: praesens tempus / uox actiua

<i>paradigma</i>	1 ^a habitā-re	2 ^a tenē-re	4 ^a audī-re	3 ^a col-ē-re	5 ^a facē -re (facī -)
<i>praesens:</i>	1 habit-o*	tene-o	audi-o	col-o	facī-o
	2 habitā-s	tenē-s	audī-s	col-ī-s	facī-s
	3 habita-t	tene-t	audi-t	col-ī-t	facī-t
	1 habitā-mus	tenē-mus	audī-mus	col-ī-mus	facī-mus
	2 habitā-tis	tenē-tis	audī-tis	col-ī-tis	facī-tis
	3 habita-nt	tene-nt	audi-ū-nt**	col-ū-nt	facī-ū-nt

4. Nota concordantiam:

Pluto (3 pers. sg) in Tartaro habitat / **Dei caelestes** (3 pers. pl.) in Olympo habitant

Ego (1 pers. sg.) animas in Tartarum duco / **Nos** (1 pers. pl.) semper iuuenes et laeti **sumus**

Tu (2 pers. Sg.), Iuppiter, pluuiam das / **Vos** (2 pers. pl), homines, mortales **estis**



HUMANAS

¡Atrévete a sumergirte en el latín y la mitología clásica!

Mercurius ofrece un acercamiento progresivo y entretenido a la lengua latina. Esta propuesta didáctica intenta desarrollar la competencia de comprensión lectora y expresión escrita, pero también estimular en el aula la comprensión y la expresión orales. De la mano de Mercurio, el pícaro mensajero divino, nos adentramos desde el primer momento en los entresijos del latín al tiempo que vamos descubriendo las historias de su familia, los dioses del Olimpo.

El folleto está pensado para todas aquellas personas que se inician en el aprendizaje del latín y la cultura clásica, y se presenta como material complementario de la docencia de secundaria y bachillerato. También trata de acudir en ayuda de quienes necesitan una base previa de lengua latina para iniciar o continuar estudios superiores de filología, historia, filosofía o humanidades.



colección
textos docentes



Prensas de la Universidad
Universidad Zaragoza

1474